

Werk

Titel: Der lateinische Text der A. A. S. S.

Ort: Erlangen

Jahr: 1913

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345572629_0032|log27

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

✉ info@digizeitschriften.de

	Or priions Dé, le fil Sainte Marie, Que il nos maint en la lor <i>conpaignie</i> .	
392	Nos devons dire amen, ce m'est avis, <i>Et</i> Dé proier <i>et</i> toz les siens amis, Que il nos mete en icel paradis Ou icil sont et que il ont <i>conquis</i> .	1565
393	Amen, amen, chascuns de nos en die. Ci est l'estoire d'Eustachius faillie.	1570
2. Sp.	Dex nos otroit, li filz Sainte Marie, Part en la gloire que il a deservie.	

Das lateinische Eustachiusleben der Acta Sanctorum.

Acta Sanctorum Septembris Tomus Sextus.

[p. 123]

Acta Fabulosa.

Ex Ms. Medicaeo regis Franciae, auctore anonymo, qui se coae-
vum profitetur, cum versione ex MSS. nostris antiquis cum aliis collata,
suppleta, et hinc inde emendata¹).

Caput I.

S. Eustathius mirabili Salvatoris inter cornua cervi apparitione vo-
catur ad fidem, baptizatur cum Uxore ac filiis, ad egestatem redigitur,
et profugus Uxorem *et* Filios amittit².

In diebus Trajani imperatoris, daemonum praevalente fallacia, erat quidam magister militum nomine Placidus, genere secundum carnem insignis, opibus pollens *et* cunctis in honore [tam in animalibus, quam in auro *et* argento *et* mancipiis ac universis rebus substantiae suae] praecellens, sed *et* daemonum captus errore. Operibus verò justitiae *et* cunctis virtutibus erat praeditus *et* meritis. Subveniebat oppressis, patrocinabatur gravatis judicio, plures etiam à judicibus injustè damnatos suis opibus relevabat, nudos vestiebat, esurientes satiabat: *et* ut verè dicam, cunctis indigentibus in vita sua dispensa-[p. 124]sans, ut (sicut in Actibus Apostolorum legitur) etiam in his temporibus Cornelius esse videretur. Habant verò *et* Conjugem eadem sub daemonum cultura existentem, sed similem moribus Mariti sententiae. Procreantur eis Filii duo, quos

S. Eusta-
thius ad-
huc genti-
lis, miseri-
cors erga
miseros

1566 Dé] dex. — siens] sens. — 1568 ont] on. — 1570 d'Eustachius] deu-
tachi. — 1572 la gloire] lagloiri.

1) Den Prologus lasse ich weg, da er für unsern Text nicht in Betracht kommt, und ausserdem allen lateinischen Hdss. unbekannt ist.

2) Der Inhalt der eckigen Klammern ist von den Bollandisten dem griechischen Text entnommen.

educabant pares propriae voluntati. [Erat autem Vir tam clarus *et* celebris ob egregia facinora *et* gestorum munierum dignitates, ut *et* ipsis barbaris solum nomen ejus terrori esset, atque bello fortissimi prosperrāque in omnibus fortunā utentis aestimationem apud omnes haberet. Venationi etiam plurimam dabat operam, gaudebatque indies feras insequi.] Sed misericors Deus, qui semper *et* ubique ad se sibi dignos vocat, bona hujus non despexit opera: nec voluit benignam *et* Deo dignam mentem sine mercede deserit idolatriae contectam tenebris, sed secundūm quod scriptum est, quod in omni gente, qui operatur justitiam, acceptus est ei, pervenit ad istum benigna misericordia *et* eum salvari tali voluit modo.

in vena- 3 Exeunte eo una die consueto more ad montes venari^a tione, cum exercitu *et* omni gloria, apparuit ei grex cervorum de Christo, pasceens; *et* disponens solito more exercitum, conabatur eos insequi. Cunctis verò militibus circa captionem cervorum occupatis, apparuit unus cervorum vastus ultra mensuram totius gregis *et* speciosus, qui resiliens à grege, impetum fecit in sylvam *et* spissioribus locis^m: quem videns Placidas *et* desiderans eum capere, relinquens omnes, cum paucis militibus eum inseguitur. Omnibus verò lassatis, qui cum illo fuerant, solus perseveravit ad insequendum. Providentiā verò Dei nec equo lassante, nec ipso propter difficultatem loci desistente, sed diu insequente, longius remotus est a suo exercitu: cervus autem ille rupis occupans altitudinem stetit desuper. Proprius verò Magister militum veniens sine comite, stetit, circumspiciens undique et considerans, quem admodum posset capere cervum. Sed totius sapientiae *et* misericordiae Deus, qui cunctas vias ad salutem hominum providet, venantem venatus est: non sicut Cornelium per Petrum, sed sicut Paulum insequentem per suam ostensionem. Diu verò stante Placida, *et* aspiciente cervum, *et* admirante vastitatem ejus, *et* deficiente circa captionem, demonstrat illi Deus indicium tale, quod non timeret, neque supra suaे virtutis esset magnitudinem: sed sicut sub Balaam, tribuens asinae verbum, arguit ejus insipientiam, sic *et* huic demonstravit inter cornua cervi formam sacrae Crucis supra claritatem solis splendentem, *et* in medio cornuum imaginem Domini nostri Salvatoris Jesu Christi. Qui etiam humanam vocem imponens cervo, advocat Placidam, dicens ei:

ipsi appa- 4 O Placida, quid me insequeris? Ecce tui gratiā veni,
rente in animali isto ut appaream tibi. Ego sum Christus, quem ignorans colis; eleēmosynae, quas facis indigentibus, coram me steterunt, *et* veni me ostendere tibi per istum cervum *et* venari te *et* capere te retibus misericordiae meae; non enim justum est, dilectum meum propter bona opera, servire daemoniis immundis *et* vitā parentibus *et* vacuis *et* insensatis. Ob hoc ergo veni in terram in hac specie, sicut nunc me vides, salvare genus humanum. Haec audiens Magister militum,

timore repletus est maximo, *et* cecidit de equo in terram. Horâ verò transactâ, ad se rediit *et* surrexit, *et* cautius volens videre, quod apparuerat ei spectaculum, ait intra se: Quae est ista [vox, quam [p. 125] audio?] Revela te mibi, qui loqueris, ut sic credam in te. Et dixit ad eum Dominus: Intende Placida. Ego sum Jesus Christus, qui caelum *et* terram ex nihilo feci, qui indiscretam materiam distinxii, qui lucem oriri feci, *et* tenebras divisi. Ego sum, qui [solem ad lucem diei creavi *et* lunam cum stellis ad lumen noctis formavi.] Ego sum, qui tempora *et* dies *et* annos constitui. Ego sum, qui hominem formavi de limo terrae, qui propter salutem generis humani in terris apparui in carne, qui crucifixus *et* sepultus, tertia die resurrexi. Haec audiens Magister militum cecidit iterum in terram, dicens: Credo Domine, quia tu es, qui fecisti omnia, qui convertis errantes [qui lapsos erigis] *et* vivificas mortuos. Dicit ad eum Dominus: Si credis, perge ad civitatem *et* audi pontificem Christianorum, *et* quaere ab ipso baptismum gratiae.

5 Respondit Placidus: Domine, si jubes me, ut renuntiem ista prodigiosè Conjugi meae *et* Filiis meis, ut *et* ipsi credant in te? Dixit ad eum ^{vocatur} Dominus: Renuntia illis, *et* accipientes signum baptismi mundamini à pollutione idolorum, *et* veni huc, *et* rursus apparebo tibi *et* demonstrabo tibi futura, *et* patefaciam tibi salutis mysteria. Descendens ergo de monte, nocte facta, coepit exponere Conjugi suae omnia, quae vidi. Postquam verò explevit omnia, exponens visionem *et* quae ei dicta sunt, exclamavit Uxor ejus, dicens: Domine mi, Crucifixum Dominum vidisti, quem Christiani colunt, ille enim solus est verus Deus, qui per talia signa vocat ad se credentes: [et altius exclamans, dixit: Miserere mei, Domine Jesu Christe, *et* duorum Parvulorum meorum.] Tunc dicit Viro suo: Transacta nocte *et* ego vidi eum dicentem mihi: Crastina tu *et* Vir tuus *et* Filii tui venietis ad me, [et cognoscetis, quoniam ego sum] Jesus Christus. Voluit ergo sub tali figura mirandi spectaculi per cervum tibi apparere, ut ejus mirari posses potentiam, credens in eum. Veni igitur hac nocte *et* eamus *et* impetremus sanctum baptismum Christianorum; per hoc enim ejus proprii fiunt, qui in illum credunt. Dixit ad illam Placidus: Hoc *et* mihi dixit ille, qui visus est mihi. Medio verò noctis spatio [clanculūm assumptis duobus Liberis *et* paucis è famulis] abierunt ad sacerdotem Christianorum.

6 [Et soli facti, relictis ad fines servis], narraverunt ei omnia, quae facta fuerant vel dicta ad eos, *et* confessim credere se in Dominum Iesum Christum, dicentes, supplicaverunt ab eo, ut daret eis signaculum baptismatis. Qui alaeri gaudio repletus *et* glorificans Dominum Deum, qui vult omnes salvos fieri *et* ad agnitionem veritatis venire, accipiens catechizavit eos, *et* exponens eis mysterium fidei, baptizavit eos in nomine Sanctissimae Trinitatis. Et Placidam quidem vocavit Eustathium,

Re Uxori
narratā *et*
probatā,
baptizan-
tur cum
Filiis.

uxorem verò ejus Theopistam, et filios eorum, primogenitum vocavit Agapium, et alterum Theopistum. Et contulit eis sanctum Sacramentum Domini nostri Jesu Christi et dimisit eos, dicens: Dominus et Jesus Christus Filius Dei sit vobis, et donet vobis aeterna regna; cognovi namque, quòd manus Domini vobis sit. Vos autem cùm fruemini paradiſo [voluptatis,] manentote animae meae Joannis, ita postulo vos. Mane verò facto, accipiens Eustathius paucos equites secum, perrexit ad mon-[p. 126]tem, et prope locum veniens, ubi visionem viderat, misit milites suos, quasi sub obtentu investigandae venationis, et solus remanens, adpropriauit ad locum, et vidit formam sibi ostensae visionis priorem, et cadens in faciem, clamavit, dicens:

Eustathio 7 Supplico te, Domine, cognovi, quia tu es Jesus
 ad locum Christus filius Dei vivi, et credo in Patrem et Filium et
 prodigiī Spiritum sanctum, et nunc veni supplicans intemeratam tuam
 reverso Divinitatem, ut manifestes, quae promiseras mihi. Et dicit
 praedi- ad eum Dominus: Beatus es Eustathi, qui accepisti lavaerum
 cuncturim- gratiae meae, et qui induisti te immortalita te. Modò supe-
 minentes rasti diabolum, modò conculeâsti eum, qui te deceperat, modò
 calamiti- spoliâsti te corruptibilem hominem et indutus es incorruptibilem, per-
 tates, manentem in secula seculorum; modò fidei tuae demonstrabuntur opera,
 spoliâsti quoniam invidia commovebitur contra te diaboli, eò quòd illum reli-
 te corruptibilem quisti, et festinat omnem ad inventionem circa te movere; oportet enim te
 hominem multa sustinere, ut accipias coronam victoriae. Ecce enim exaltatus es
 usque modò negotiis hujus seculi et temporalibus opibus. Oportet ergo,
 negotiis te humiliari de alta tua vanitate, et rursus exaltari in spiritualibus
 festinat divitiis. Non ergo tua virtus deficiat, nec respicias ad gloriam, quae
 festinat tibi fuerat priùs, sed quemadmodum repugnans hominibus cupiebas victor
 ostendi, ostendi, mortali imperatori festinans placere, sic et contra diabolum
 ostendi, strenue agere festina, et mihi, immortali imperatori, fidem servare:
 ostendi, oportet enim et in his temporibus alterum Job demonstrari per temptationes et victorem diaboli te ostendi per tolerantiam. Vide ergo, ne
 ostendi, fortè in corde tuo cogitatio blasphemiae ascendat; cùm enim humili-
 ostendi, tatus fueris, veniam ad te, et rursus restituam te in propriam gloriam.
 ostendi, Et postquam haec dixit Dominus, ascendit in caelos, dicens Eustathio:
 ostendi, Modò vis accipere imminentem tibi temptationem, an in extremis diebus?

8 Dicit Eustathius: Supplico te, Domine Jesu, si non
 quas sta- est possibile evitare, quae à te nobis decreta sunt, modò
 tim ex- perit nos magis accipere temptationem jube, et da nobis virtutem
 sustinere, sustinere, quae promissa sunt, ne aliquod malignum verbum adveniens
 adversarius, commoveat sensum nostrum à tua fide. Et ait Dominus:
 adversarius, Concertare Eustathi, gratia enim mea vobiscum est, custodiens animas
 vestras. Descendens verò de monte et ingressus in domum, renuntiavit
 Uxori sua omnia, quae ei dicta fuerant à Domino, et simul flectentes

genua, supplicabant Dominum, dicentes: Domine Jesu Christe, fiat voluntas tua. Paucis verò diebus transactis, contigit aegritudine pestifera affligi domum ejus, et mori omnes servos ejus et ancillas. Hoc facto, sentiens Eustathius praedictam sibi temptationem fuisse, et gratificè suscipiens, poscebat Uxorem suam, ut non deficeret tribulans, et post aliquod tempus occupavit equos ejus et alia pecora aér quidam mortifer: et mortua sunt omnia, quae fuerant illi. Et excipiens et istam temptationem [cum gratiarum actione] discessit occultè de domo sua, unà cum Uxore et Filiis (ad semotiorem locum). Videntes autem quidam de malignis [discessum] eorum, aggressi per noctem, diripuerunt omnia, quae possidebant: aurum et argentum [et mancipia] et vestes; ita ut nihil relinqueretur de substantia eorum, praeter ea, quibus amicti fuerant. Cùm essent ergo in ejusmodi tristitia, reliqua illorum possessio et substantia ad nihilum pervenit per fraudes inimici.

[p. 127] 9 In illis diebus, omni populo celebrante festivitatem cum imperatore pro victoria, quae in Perside facta fuerat, oportebat etiam et Placidam festivitatem suam facere in praesentia, quippe cùm esset magister militum et princeps senatus. Quaerebatur, et inveniri non poterat. [Omnes itaque tenebat stupor, quòd uno temporis momento ita res illorum dilapsae essent, ut nihil illis superesset eorum, quae possederant] nec ipse posset inveniri. Moerore percusus est imperator, et omnis senatus de eo, et omnes stupebant de his, quae acciderant ei. Tunc dicit ei Uxor sua: Quousque exspectamus hinc? Veni et accipiamus duos Infantes nostros, ipsi enim tantum relieti sunt nobis, et recedamus hinc, in opprobrium enim facti sumus omnibus cognoscentibus nos. Et nocte superveniente, accipientes duos Infantes, pergebant ad Aegyptum. Postquam verò duorum facerent dierum iter, appropinquantes mari, et invenientes navim applicatam, volebant ingredi in eam et navigare. Contigit autem, ut dominus navis illius barbarus esset et immitis. Ingressi ergo navigabant, et videns dominus navis Uxorem Eustathii, quòd esset decora facie, valde concupivit eam. Et cùm transfretassent mare, exigebat ab eis nauum. Non habentibus autem illis, unde redderent, retinuit Uxorem ejus, tamquam pro nauo, [hoc enim consilium cooperat, cùm primùm illam contemplatus esset, et noluit eam reddere. Cùm verò multum contraria veret et obniteretur Eustathius] innuit dominus navis nautis suis, ut in medium mare illum projicerent.

10 At, ubi sensit Eustathius insidias eorum, reliquit Uxorem suam, et accipiens duos Infantes suos, ibat ingemiscens et dicens: Vae mihi et vobis, quia Mater vestra tradita est alienigenae marito. Pergens verò cum genitu et lacrimis, pervenit ad quemdam fluvium, et propter abundantiam aquarum non est ausus ingredi cum duobus Filiis in aquam. Portans verò unum Infantem super

humeros suos, reliquit alterum circa ripam, *et transposuit Infantem*, quem portaverat, super terram, *et ibat ut reportaret et alterum*. Cūm venisset autem in medium fluminis, (nimis autem fluvius dilatatus erat) intendens vidit, *et ecce leo rapuit Filium ejus, et abiit in sylvas*. Et desperans de eo, reversus est in patientia, spem habens alterius, *et cūm abiret, vidit, et ecce similiter lupus rapuit alterum Filium ejus, et abiit, et non potuit eum consequi*. Et cūm esset in medio fluminis, coepit evellere capillos capitis sui, plangens *et ululans*, voluit se projicere in aquam, sed constantem eum reddidit providentia Dei, quae futura providebat; [victoque eo doloris impetu, aquis exivit.] Leo verò rapiens Puerum, servabat inlaesum per providentiam Dei [*et transiens superiùs fluvium, abiit in desertum.*] Videntes autem pastores, Puerum portari a leone vivum, [nulloque malo affectum, *et judicantes, divinā Providentiā Puerum illum servatum incolumēn, eademque auxiliante, erepturos se illum bestiae,*] insecuri sunt leonem cum canibus. Per dispensationem verò Dei rugiens leo, projecit Infantem incolumem, *et recessit*. Alterum verò Infantem, qui raptus fuerat à lupo [illum quoque divina providentia servavit:] namque videntes quidam aratores *et insequentes lupum, liberaverunt inlaesum.*

et merce- 11 Utrique ergo, sive pastores, sive aratores de uno
narium fuerunt vico; *et accipientes Pueros educaverunt apud se.*
agit an- Haec verò Eustathius nesciebat, sed pergebat, plangens *et*
nis 15. lugens pariter *et* haec dicens: Heu [p. 128] mibi quondam pollenti, ut
arboreas, modò verò nudatus sum! Heu mihi, qui in abundantia nimia
fueram, modò captivitatis more desolatus sum. Heu mihi, qui magister
militum, multitidine exercituum circumdatus fueram, modò solus relictus
sum, nec Filios concessus sum habere! Sed tu, Domine, ne in finem
derelinquas me, nec despicias lacrimas meas. Memini, Domine, dicen-
tem te, quoniam oportet te temptari, sicut Job. Sed ecce plus aliquid in
me fieri video. Ille enim, etsi possessionibus caruit, tamen sterlus habuit,
supra quod sedere concessum est illi: ego verò peregrè eadem patior
tormenta. Ille amicos habuit compatientes ei, ego verò in deserto im-
mites feras habeo in consolationem, quae Filios meos rapuerunt. Ille
etsi ramis caruit, sed radicem uxoris respiciens secum consolabatur; ego
verò infelix undique sine radice factus sum [nullam scintillam generis
mei videns?] sed sum similis ramis in deserto, qui undique procellis
conquassantur. Ne execeris, Domine, tui servi multiloquia, doleo enim,
dum dico, quae non oportet. Pone, Domine, custodiam ori meo [*et*
ostium munitionis circa labia mea,] ut non declinet cor meum in verba
malitiae, *et* ejiciar à facie tua. Da verò jam, Domine, requiem de multis
tribulationibus meis. Et haec dicens cum lacrymis *et* gemitu animi,
abiit ad quemdam vicum, qui dicebatur Badyssus, *et* ingrediens in eum
operabatur *et* acquirebat victum. Commorans verò in eo per plurimum

tempus, postulavit ejusdem vici homines, et posuerunt eum custodire agros suos, et mercedem accipiens, degebat ibi annis quindecim.

[p. 129] *A m Verte cum Combefisio: Per praerupta et densiora sentis et dumetis loca ac planè inaccessa erumpit etc.*

[p. 130] *Caput II.*

Eustathius imperatoris jussu ubique quaesitus, invenitur, copiis praeficitur, Uxorem et Liberos recuperat, belloque feliciter functus, quòd idolis sacrificare nolle, martyrio cum Uxore et Filiis coronatur.

Filiī autem ejus educati sunt, sicut suprà diximus, in Imminente altero vico, non cognoscentes alterutrum, quòd essent fratres. *bello, im-*peratoris Dominus verò navis ille alienigena, accipiens Uxorem Eustathii, perduxit ad suam patriam. Domini verò gratia obumbravit Mulierem, ut non se illi commiseret alienigena in omni illo tempore: hoc enim et postulabat à Deo, ut custodiretur ab alienigenae communione. Cōtigit verò, illum alienigenam mori, et ipsam esse suae potestatis. Post hos autem dies factus est incursum hostium in illam terram, ubi erat Uxor Eustathii; qui exeuntes plurimas invaserunt terras Romanorum. In nimio ergo tumultu consistebat imperator de invasione hostium, et commemoratus est Placidam, eò quòd plerumque strenuè egisset contra ipsos hostes [et renovata saepius de eo mentione] tristabatur de subita ejus mutatione. Colligens autem exercitum, et inspiciens omnes milites, de Placida exquirebat, qui cognovissent de eo, vivere, an mori? Et dabat mandatum unicuique militum, ut inquirerent eum. Et misit per unquamque civitatem et terram, quae erat sub imperio suo, ut requirerent eum, dicens: Si quis eum invenerit et indicaverit mihi, ampliores addam ei honores et emolumentorum augebo solatia. Duo verò quidam milites, nomine Antiochus et Achacius, qui aliquando ministraverunt Placidae, perrexerunt ad inquirendum eum: et peragrandes omnem terram, quae sub Romanorum esset imperio, venerunt in vicum illum, ubi degebat Eustathius. [Praetereentes autem locum illum, ubi custodis munus obibat Eustathius, dubitabant, an illum interrogarent.]

13 Eustathius verò à longè considerans, ex consuetudine mandato incessūs eorum recognovit eos, et veniens in memoriam prioris quaeritur suae conversationis, coepit perturbari, et orans dicere: Domine Deus noster, qui de omni tribulatione eruis sperantes in te, quemadmodum istos praeter spem vidi, qui aliquando mecum fuerunt, jube, ut videam ancillam tuam Conjugem meam; nam Infantes mei, scio, quòd propter meam pravitatem à feris commesti sunt. Da ergo, Domine [Deus misericors, qui solus es verus Deus et Jesus Christus,] ut vel in die resurrectionis videam Filios meos. Et haec dicente eo, audivit vocem de caelo, dicentem sibi: Confide, Eustathi, in praesenti enim tempore remeabis ad tuum priorem statum, [p. 131] et accipies Uxorem tuam

et Filios. In resurrectione verò majora horum videbis, *et* aeternorum bonorum delectationem reperies, *et* nomen tuum magnificabitur in generationem *et* generationem. Haec audiens Eustathius, terrore pereulcus sedebat. [Videns verò appropinquantes sibi milites, descendens è loco, ubi sedebat, in via contra ipsos stetit, *et* propior illis factus] amplius cognovit eos. Illi autem eum non cognoverunt; qui dixerunt ad eum: Ave frater. At ille ait: Pax vobis, fratres. At illi rursus dicunt ei: Dic nobis, si nosti hīc peregrinum aliquem, nomine Placidam, cum Uxore *et* duabus Filiis? Et si demonstraveris nobis eum, damus tibi pecunias. Quibus ille dixit: Quapropter eum quaeritis? Qui dixerunt ei: Amicus noster fuerat, *et* volumus eum videre post multos annos. Dicit ad eos Eustathius: Talem hic virum non cognovi. [Attamen huc succedit, in domum, in qua hospitor;] nam *et* ego peregrinus sum. Et assumens eos duxit in hospitium suum, *et* abiit emere vinum, ut potaret eos propter aestum.

invenitur, 14 Et dixit ad dominum domūs, in quā hospitabat: Noti *et* ad illum mihi sunt isti homines, *et* propter hoc huc venerunt: praebet ergo mihi cibos *et* vinum, ut fruantur, *et* reddam ea tibi in tempore de mercede mea. Ille verò alacriter praebuit eis, quae fuerant necessaria. Reficiens autem eos Eustathius, non poterat sustinere, recolens priorem vitam suam, sed perfundebatur lacrimis: plorabat autem foras egrediens, *et* lavabat faciem suam, rursusque ingrediebatur *et* ministrabat eis. Illi verò considerantes eum, cooperunt paulatim ad agnitionem visionis ejus venire, *et* ad alterum dicebant: Quām similis est iste homo illi, quem quaerimus! Unus autem ait socio suo: Valde similis est illi: scio autem ego, quōd habet signum aliquod cicatricis in cervice sua ex ictu belli. Consideremus ergo: si habet signum in cervice sua, ipse est, qui quaeritur à nobis. Considerantes verò cautiūs, vident cicatricem in cervice ejus, *et* confessim exilientes osculabantur eum, *et* cum lacrymis interrogabant, si ipse esset, qui aliquando magister militum eorum fuerat. Ille verò, profusis lacrymis, dicebat: Non sum ego. Demonstrantes verò illi signum in cervice ejus *et* jurantes, quod ipse esset magister militum Placidas. Et de Uxore ejus *et* Filiis interrogabant eum *et* alia plura commemorabant ei. Tunc confessus est, quōd ipse esset: *et* de Uxore *et* Filiis dixit illis, quomodo mortui essent. Et dum haec dicuntur, omnes illius vice homines, quasi ad signum *et* spectaculum veniebant. Tunc ergo milites [sedato tumultu] exponebant eis de virtute Viri *et* de priori ejus gloria. Audientes autem flebant, dicentes: Quanta exaltatio Viri, qui nobis mercede servivit!

adductus, 15 Tunc milites insinuaverunt ei praeceptum imperatoris, copiis praefectis *et* induentes illum vestibus optimis, accipientes illum pergebant in viam suam. Omnes verò de vico [procedebant cum eo:] ille verò osculans dimisit eos. Ambulantibus verò illis exposuit eis, quomodo vidi Christum, *et* quomodo denominatus est Eustathius in

baptismo, *et* quac contigerunt ei, omnia exposuit eis. Transacto verò quindecim dierum itinere, venerunt ad imperatorem, *et* ingressi milites nuntiaverunt ei, quemadmodum invenerunt Placidam. Et egressus imperator in occursum ejus, osculatus est eum, [*et* multū lacrymans] interrogavit eum suae discessionis causam: [p. 132] qui per singula exposuit imperatori *et* cuncto senatui. Et de Uxore sua, [*et* Filiis; illa] quomodo in mari relicta esset, *et* quomodo Filii sui à feris capti sunt, *et* totum moerorem suum exposuit. Facta est autem magna laetitia in inventione ejus. [Porrò imperator eum consolatus est] *et* cingitur ut ante magister militum. Qui discutiens militiam, *et* cognoscens, non sufficere ad compescendum hostium incursus, jussit tyrones colligere, [*et* missi sunt per omnes civitates *et* oppida Romani imperii, qui tyrones conserberent.] Contigit autem, *et* illam terram, in qua educati sunt Filii ejus, describi, ut darent duos tyrones. Cuncti verò illius vici cultores illos duos Juvenes, quippe ut peregrinos decernentes, tradunt expeditionem facientibus. Erant autem grandi statura *et* decora facie valde. Congregatis verò cunctis tyronibus *et* adductis coram Magistro militum, qui omnes considerans taxavit in numeris. Videns verò illos duos Adulescentes, quòd essent super omnes decori specie *et* staturā, constituit eos primos in ministerio suo, *et* videns in eis generositatem morum, naturali affectu impulsus in amorem eorum, jussit inter convivas mensae suae eos adnumerari.

16 Et post dispositam militiam, ut solitum est, profectus est ad bellum, *et* terram quidem, quam abstulerant barbari, liberavit; ipsis verò subjectis, transiit fluvium, qui dicitur Hydaspis. Et [recto itinere procedentes penetrarunt in interiorem terram barbarorum, quos bello superatos, latè vastata eorum regione, penitus delere decrevit. Et, providentia utique Dei illum evocante, eò pervenit, ubi erat Uxor ejus, quae, sicut diximus, Deo protegente, ab alienigenae illius tyrannide præservata fuerat, atque, eo mortuo, discesserat, *et* sola habitabat in hortulo alieujus ex indigenis, cuius gerebat curam, ubique, structo tabernaculo, fructus custodiebat. Cùm igitur pervenisset in illum vicum Magister militum, castra metatus est *et* habitavit ibi tribus diebus repausans exercitum, oportuna enim erat possessio ad omnem delectationem. Contigit autem, ut tentoria ejus figerentur prope hortulum illum, quem custodiebat Mulier. Illi ergo duo Adulescentes hospitaverunt in tabernaculo Matris suae, nescientes, quòd ipsa esset Genitrix eorum. Et, facto meridie, sedentes exponebant sibi invicem de infantia sua: habebant enim [subobscure] in memoria eorum, quae contigerant eis. Mater verò eorum sedens è contra, intentius audiebat, quae illi exponebant. Dicebat ergo frater major juniori: Ego, dum infans essem, nihil aliud in memoria habeo, nisi hoc, quia Pater meus magister militum fuerat, Mater verò speciosa valde, *et* duos filios habebant, me, *et* alterum juniores [flavis capillis] speciosum *et* ipsum nimis.

Accipientes verò nos utrosque, egressi sunt de domo noctu, *et ingressi* sunt in navim nobiscum, nescio, quò volentes ire. Cùm autem egredemur de navi, Mater nostra nobiscum non erat: nescio, quemadmodum in mari relicta est.

17 Pater verò noster portans nos duos, flens pergebat.
belloque Perveniens autem ad quemdam fluvium, transmeavit cum
feliciter gesto, fratre meo juniore, *et* me dereliquit supra ripam fluminis.
 Cùm autem reverteretur, ut *et* me acciperet, [lupus veniens rapuit illum
 minorem fratrem meum, *et* antequam ad me appropinquasset] subito de
 sylva exiliens leo rapuit me, *et* duxit me in sylvam: pastores verò
 eruerunt me de ore leonis, *et* nutritus sum in possessione, in [p. 133]
 qua *et* ipse scis, *et* non potui scire de Patre meo quid sit factum, neque
 de Infante. Haec audiens junior, majore fratre dicente, exiliens coe-
 pit flere *et* dicere: Per Deum Christianorum, ut audio, frater tuus sum
 ego! [Novi enim, quae narrasti mihi,] quoniam *et* qui educaverunt
 me, haec dicebant, Quoniam de lupo te eruimus. Et amplexi oscula-
 bantur se invicem. Audiens verò haec Mater eorum, *et* considerans,
 quae exposuerant usque ad navigium, [conjectansque ita circa illos con-
 tigisse omnia, valde animo movebatur] *et* perturbabatur in visceribus
 suis; amplius etiam videns Adolescentes amplectentes se invicem *et*
 osculantibus *et* flentes. Et tum considerans, diu tractare apud se coepit,
 si fortè ipsi essent Filii sui, maximè propterea, quòd de Patre dixerint,
 quòd magister militum fuerat, *et* quia in mari Mater relicta est. Altera
 autem die interpellavit Magistrum militum, dicens: Deprecor te, Domine,
 ego de terra Romanorum sum, *et* captiva adducta huic: perduc me ad
 patriam meam. Et haec dicens, considerans, vidi signa, quae erant in
 Marito suo; *et* cognoscens, formidabat eum interrogare. Cùm verò diu
 continere se non posset, procidens ante eum, dicebat: Precor te, Domine,
 ne indigneris contra Ancillam tuam, sed propitius audi me, *et* expone
 mihi priorem vitam tuam.

Uxorem 18 Ego enim puto, te esse magistrum militum Placidam,
Filiosque, qui cognominatus est Eustathius [in baptismo,] quem etiam
qui sub eo ignoti dignatus est Salvator ipse per cervum ad se vocare, ut
 crederet in eum, *et* incidens in temptationes, *et* accipiens Uxorem suam,
 quae sum ego, *et* duos Filios, Agapium *et* Theopistum, perrexit ad
 Aegyptum; *et* cùm navigaremus, perdidit me, propter quod dominus navis
 barbarus esset [*et* me retineret, qui me in hanc patriam perduxit]. Et
 testis est mihi Christus, quia nec ipse polluit me, nec alter; sed usque
 hodie servavit Dominus castitatem meam. Et ecce, ego dixi tibi signa,
et tu cognoscens indica mihi per virtutem Christi Salvatoris. Audiens
 autem haec Eustathius, *et* ipse similiter considerans speciem ejus, re-
 cognovit eam, *et* incontinenti laetitia lacrimas effundens, [inquit: Ego
 ipse sum, quem dicas: *et* surgens ruit in amplexus, *et* osculati sunt se

invicem,] *et* dabant gloriam Salvatori Christo, qui in omni parte prodest servis suis, *et* revocat *et* consolatur de multis tribulatiouibus. Tunc dicit ei Uxor sua: Domine mi, ubi sunt Filii nostri? Cui dixit: A feris rapti sunt: *et* exposuit ei quemadmodum perdidit eos. Et dixit ad eum Uxor ejus: Gratias agamus Christo, puto enim, quemadmodum Deus donavit, ut inveniremus nos invicem, donavit etiam recognoscere Filios nostros. Dixit ad eam Eustathius: Duxi tibi, quia à feris capti sunt. Dicit ad eum Uxor ejus; Hesterna die sedens in horto, audivi quosdam duos Juvenes ad invicem loquentes [*et* narrantes] de infantia sua; *et* scio, quòd Filii nostri sunt: nec ipsi invicem sciebant, quia fratres sunt, nisi per expositionem majoris fratri [agnovissent se hesterna die].

19 Nunc ergo [cùm hoc hactenus ignoras] cognosce quanta militabant, agnoscit, atque victor
sit pietas Christi, qui utrisque donavit agnitionem. Disce igitur que
ab eis, *et* dicent tibi. Convocans igitur Magister militum Adulescentes, sciscitatus est ab eis, qui essent, [*et* quae illis accidissent?] Et exposuerunt ei omnia, quae facta fuerant, sicut suprà exposuimus, *et* recognovit eos, quia ipsi essent Filii sui. Et amplexus Eustathius osculatus est eos: similiter *et* Mater amplexu osculata est, *et* [incumbentes super cervices Filiorum suorum, cum lacrymis gratias agebant benignissimo Deo de [p. 134] miranda agnitione sua. Ab hora autem secunda usque ad sextam castra latè percurrit rumor eorum, quae acciderant, ita ut miraretur congregatus exercitus *et* exultaret propter eorum inventionem magis, quàm propter victoriam de barbaris relatam. Maximam verò celebritatem propter agnitionem suorum instituit Eustathius. Et postero die, Deo invocato, cum laude gratias referebat Domino Christo de maxima ejus benignitate *et* clementia.] Postquam verò subjecerunt universam circum terram barbarorum, reversi sunt cum victoria magna, *et* spolia multa portantes *et* captivos plurimos ducentes. Contigit igitur, antequam reverteretur Eustathius de bello, obiisse Trajanum imperatorem, *et* surgere alterum pro eo imperatorem, nomine Adrianum, gentilem ipsum pejorem impietibus. Reverso ergo Eustathio occurrit ei imperator, ut mos est Romanis, *et* victoriae festivitatem celebravit. Et interrogans, quomodo in praelio viriliter gesserit, de agnitione Uxoris *et* Filiorum ejus, prolixius extendit convivium. Altera die perrexit in templum idolorum pro victoria sacrificium idolis oblaturus. Intrante verò imperatore in templum Apollinis, non cum illo ingressus est Eustathius, sed retrocedens foris stetit.

20 Imperator verò convocans eum, interrogavit, quare non sacrificaverit diis propter victoriam, *et* victimas non obtulisset eis, maximè propter Uxoris inventionem *et* Filiorum. Qui dixit ad imperatorem: Ego supplico Christum Dominum meum *et* offero incessanter ei preces, qui misertus est militati meae, *et* revocavit me de captivitate, *et* restituit Romam redux, renunciensque diis sacrificare, bestiis cum Uxore *et* Filiis obligavitur.

mibi Uxorem et Filios: alium vero Deum neque scio, neque colo, nisi Deum caelestem, qui fecit mirabilia. Tunc imperator irâ repletus, jussit ei solvi cingulum, et velut transgressorem astare pariter cum Uxore et Filiis, et sic faciebat contra eum quaestionem. Considerans igitur imperator immutabilem ejus in Christo fidem, jussit eum cum Uxore et Filiis introduci in arenam, et dimitti eis leonem. Accurrens vero Ico, et stans prope Beatos, submittens caput et quasi adorans recessit, et coepit egredi de arena. Tunc ergo imperator videns mirabile spectaculum, quod non tetigisset eos fera, praecepit accendi bovem aereum, et ibi introduci Sanctos. Convenit vero universa plebs Fidelium et paganorum, exspectare Sanctos, quomodo introducerentur in aereum bovem. Introducti vero in machinam, supplicaverunt carnifices, ut darent orandi spatum. Et extendentes manus suas [in caelum] oraverunt, dicentes: Domine Deus virtutum, qui cunctis invisibilis, nobis vero visus esse voluisti, exaudi nos depreantes te. Ecce enim votum nostrum peractum est, quia recipientes nos invicem, et [uniti] admeruimus sortem Sanctorum tuorum recipere.

Inde il- 21 Sieut tres pueri [Babylone] per ignem probati sunt, laesi Mar- et non te denegaverunt, sic et nos finire jube per istum tyres, in bovem ignem. [Et suscipiamur hoc igne in hostiam tibi toti con- canden- sumpti] Da vero, Domine, reliquiis nostris gratiam, ut omnis, tem in- qui memor nostri fuerit, partem nostri habeat in regno cae- jecti, mar- tyrii lorum, et super terram abundantiam; vel si in mari, aut in fluvio periclitati fuerint, et invocaverint te in nomine nostro, libe- rentur de periculo, et si in peccatis inciderint, per humilitatem nostram supplicantibus veniam praesta peccatorum, et o-[p. 135]mnibus memoriam nostri habentibus et glorificantibus te, auxilium praesta et subveni. Da vero, Domine, et comminationem ignis in terrorem transferri, et in hoc finire nos jube. Et complacet in corporibus nostris, ut non separantur, sed sic simul reponi ea jube. Et haec illis dicentibus, vox ad eos venit de caelo, dicens: Ita erit vobis, sicut supplicastis, et amplius ab his fiet. Quia certatores per bonam vitam facti estis, multas et magnas sustinentes temptationes, et non victi estis, venite in pace recepturi coronas victoriae, et pro temporalibus malis in saecula saeculorum fruimini praeparatis bonis [Sanctis.] Et haec audientes Beatissimi, alacriter semet ipsos tradiderunt igni, [et illis immissis in aeneam machinam] statim comminatio ignis compressa est. Et glorificantes intemeratam, et laudabilem Trinitatem, et cantantes hymnum, reddiderunt cum pace animas suas; et non tetigit eos ignis, neque capillus capitis sensit odorem ignis. Post tres autem dies venit impiissimus imperator in locum, et praecepit aperiri aereum machinam, ut videret, quid factum esset de reliquiis Sanctorum, et videntes corpora eorum, putaverunt eos adhuc vivere, et ejientes, posuerunt eos super terram.